



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines


Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



456.19.

DISPUTATIO. HISTORICO-PHILOLOGICA.  
AUGUSTORUM.  
AUGUSTARUMQVE.  
CONSECRATIONEM.  
EX. NUMMIS.  
ILLUSTRATAM.  
SISTENS.  
*QVAM.*  
INDULTU. AMPLISSIMÆ. FAC. PHILOS.  
*D. XXII. DEC. A. MDCCXCV.*  
ERUDITORUM. EXAMINI. EXPONENT.  
**M. IO. BURCHARD. MENCKENIUS.**  
LIPSIENSIS.  
ET.  
**IO. CONSTANTINUS. STARCKE.**  
DÖBLENSIS.

---

LIPSIÆ.  
LITERIS. CHRISTOPH. FLEISCHERI.



*CELEBERRIMI. NOMINIS.*

*VIRO.*

*DOMINO.*

*FRIDERICO. BENEDICTO.*

*CARPZOVIO.*

*REIPUBLICÆ LIPSIENSIS.*

*SENATORI. AC. ÆDILI. AMPLISSIMO.*

*POLYHISTORI. INSIGNI.*

*PATRONO. OMNI. CULTU. ET. OBSE~~Q~~VIO.  
VENERANDO.*

# VIR CELEBERRIME.



I mibi etiam, quod alii facere  
confieverunt, causæ sunt e-  
narrandæ, quæ, ut Celeberri-  
mo Nomi*n*i Tuo tenues basce  
inscriberem pagellæ, permo-  
vere me potuerunt, eas qui-  
dem non est ut arcessam longius. Cum enim  
diversa tot eruditorum, quos suo Lipsia sinu  
fovet, virorum studia tacita mecum contem-  
platione perpenderem, inter eos, qui cum  
elegantioribus literis aliis rem etiam num-  
mariam in delitiis habent, primus animo oc-  
curristi, qui & insigni ejus notitia polles, &  
ornandæ promovendæque studio teneris in-  
credibili: ut minime erraturum me confide-  
rem, si Tuæ censuræ schediasma hoc meum  
subjicerem. Accedit, quod recenti me Tibi  
bene-

beneficio nuper obstrinxisti, dum exquisitis-  
simis libris conatus hosce meos, ex numma-  
riærei disciplina specimen studiorum meo-  
rum qualecunq; edendi, benigne sublevasti.  
Qua in re prædicanda omnino singularis  
Tua dexteritas esset, dum non minori in  
communicandis aliorum usui, quam paran-  
dis egregiis libris studio flagras; nisi ve-  
rendum mihi esset, ne Bibliothecam Tuam  
commendando detraxisse quicquam laudi-  
bus Tuis longe majoribus viderer. Est e-  
nim eruditio Iibi omni librorum penul longe  
præstantior, quam tanto magis in Te mira-  
ri omnes oportet, quanto plus operæ tempo-  
risque commodis Reipublicæ concedendum  
Tibi est, studiisque subtrahendum. Ast  
quorsum me rapuit virtutis Tuæ encomium,  
Gravissime Vir, qui omni laude dignus sed  
omni major es? In eo eram, ut audaciæ meæ,  
qua in Te compellando utor, causas Tibi de-  
clararem, quarum eam, quæ prima atque in-  
star

*Star omnium est, pæne omiseram. Fecit  
enim singularis affectus Tuus, quem toties  
a multis annis expertus est dilectissimus  
Parens meus, ut eundem in filium quoque  
facile derivatum iri sperarem. Proinde ut  
sereno vultu accipias, quas Tibi consecro, de  
Romana Consecratione theses, & si Patrem  
amas, me quoque favore Tuo indignum ne  
judices, obnixe rogo: Deum veneratus, ut  
Te una cum Fratribus Magnificis, Ecclesiæ  
atque Reipublicæ Saluti natis, quam diu-  
tissime conservet.*

**CELEBERRIMI ~~M~~OMINIS  
TUI**

*Observantissimus*

**M. JOHANNES BURCHARDUS MENCKENIUS, O.F.**



## Α Γ Α Θ Η Ι Τ Υ Χ Η Λ

### §. I.



Vantum turpitudinis in urbem Rōmām invexerit anilis superstitione, nemo ignorat, nisi, qui ipsam non noverit Romam. Neque enim maiorum, hanc (α) nihil non sub Deorum nomine coli voluisse, quam Deam tot (β) nummorum prædicant inscriptions. Quare & Imperatores Augustæque nominis sui immortalitatem, ad quam omnes, tanquam ad metam, diverso licet itinere, contendebant, facta quadam apotheosi conciliari posse sibi persvaserant.

(α) *Ipsam enim monetam Dea nomine ac habitu exornant nummi, quos colligit Marqu. Freberus de Re Monet. Vet. Rom. p. 19.* (β) *Hinc illæ inscriptiones: ΘΕΑ ΡΩΜΗ, ΘΕΟΣ ΣΥΓΚΛΗΤΟΣ, ap. Patinum in Thes. Numm. Mauroceni Cap. 12. 16. ΙΕΡΟΣ ΔΗΜΟΣ, ap. Eunad. in Numm. Imperat. Rom. p. 7.*

### §. 2.

Erat vero illa Apotheosis, de qua nos agere constituiimus, (α) vana quædam gentium persuasio, ut deinceps in Deorum numero haberentur, peractaque ceremonia Divi vel Divæ vocarentur Augusti Augustæve. Hinc enim est, quod, sicut nummi loqvuntur, SIDERIBUS RECEPTOS crederent; id quod in aliis CONSECRATIONIS, AETERNITATIS, PERPETUITATI\$,

A

ÆTER.

ÆTERNAE & FELICIS MEMORIAE vocabulis efferri  
videas. In quibus tamen observandum, ne nummos  
omnes hisce vocibus notatos ad apotheosin spectare exi-  
stimus, atque adeo illos etiam, qui ad Imperii æterni-  
tatem spectant, Augustorum consecrationibus annume-  
remus. Quandoquidem hæc à se invicem ex additis voci-  
bus IMPERII, vel AUG. subjectaque imagine dignosci  
accurate possunt. Neque etiam hoc loco prætermitten-  
dum, in (β) nonnullis veterum nummis loco consecra-  
tionis legi vocem CONSACRATIO, quarum utra stylo  
Romanorum sit convenientior, nec ne, Criticorum esto  
judicium.

(a) *Quam definitionem nobis suppeditabit nummorum scientia clarus Ant.*  
*Augustinus Antiqu. Rom. in Numm. Vet. Dial. IV. p. 52.* (β) *Qua-*  
*leum Tetrici nummum delineat versatissimus Occonis commentator Me-*  
*diobarbus Biragus Imp. Rom. Num. p. 400.*

### §. 3.

Quod ad originem hujus apotheoseos attinet, (a)  
nummi quidem luculenta dabunt illius testimonia. Qui  
enim Julii Cæsaris referunt consecrationem, quam omnium  
ille, quos Roma tulit, primus est adeptus, stella cri-  
nata seu cometa sunt insignes, quem terfissime depingit (β)  
Ovidius:

*Constitit alma Venus nulli cernenda, suique,*  
*Cæsar is eripuit membris, nec in aëra solvi*  
*Passa recentem animam, cœlestibus intulit astris.*  
*Dumque tulit lucem capere atque ignescere sensit;*  
*Emisque sinu, simul evolat altius illa.*  
*Flammiferumque trabens spatiose limite crinem,*  
*Stella micat.*

Namque non ore modo decernentium, ut (γ) Svetonius  
ait, sed & persvassione vulgi in Deorum numerum relatus  
est, quod post obitum ejus stella trinita per septem diēs  
appa-

apparuerit , quam omnes animam esse Cæsaris in cœlum  
recepti persvatum habebant. Unde manifesto sese prodit  
insignis error (δ) Statii Domitiano tribuentis , quod Ju-  
lio incorrupti antiquitatis testes nummi vindicant. Ita ve-  
ro ille de Domitiano :

*Primus iter nostris ostendit in eterna Divis.*

Post Julium Cæarem ad idem honoris fastigium pervene-  
re post fata Augustus aliquique Imperatores,(ε) etiam non re-  
lictis liberis mortui , ad usque Christianorum imperium  
in illam terrarum gentiumque Deam Romam. Utut dis-  
simulandum non sit , etiam in Constantini M. nummo,  
quem tradit (ζ) Tristianus , quædam apoteoseos indicia  
deprehendi , quæ tamen (η) Baronio non fictitiam quan-  
dam & hominum nixam arbitrio , sed veram illius & ab ipso  
Deo factam significare videntur consecrationem. Sicut &  
in (θ) nummo Constantii aquila ac Leo cum AETERNAE  
MEMORIÆ inscriptione nullam in Christianis idolola-  
triam arguunt. Post horum vero tempora vix reperias Au-  
gustalis apoteoseos reliquias , nisi forte (ι) Julianum à  
gentilibus illo honore fuisse mactatum fatendum sit.

(α) *Quales plurimos delineant Golzius Num. Jul. Cæs. & Aen. Vicus Comm. in*  
*Vet. Imp. Num. T.I. (β) Metamorph. XV. (γ) In Vita Julii Cæs.*  
*sub fin. (δ) L. I. Silb. C. 1. (ε) Refutatur enim a nummis Herodiar-*  
*nus , qui L. IV. C. 2. superstitibus filiis mortuos hoc tantum honore*  
*affectos fuisse testatur. (ζ) Comm. Hisp. T. III. p. 553. 6id. FIG. XVI.*  
*(η) Annal. Eccl. T. III. p. 492. (θ) Patinus Num. Imp. Rom. p. 448.*  
*(ι) Sepe enim sub Serapide persona piissimum bidimus , de quo infra.*

§. 4.

Neque vero Imperatores solum ac Augustæ , sed  
ipsorum etiam agnati tanto honore post mortem afficie-  
bantur. Sic enim Vitellii , Trajani atque Hadriani paren-  
tes , licet privatos ac tenuis admodum fortis homines ;  
consecratos fuisse testatur (α) Spanhemius , nummorum  
maxime testimoniis confirmatus. Idem honor filiis Impe-  
rato-

ratorum contigit, qui antea e vivis exierant, quam imperii fascibus, quibus erant destinati, admoveri possent. Quorsum respexisse videtur (θ) Hadrianus, cum Lucium Elium adoptasset, quem propter virium imbecillitatem, mox naturæ satisfacturum præviderat. Sibi enim Deum dicebat se comparasse, non filium. Domitianus certe filium (γ) Torrentius, Romulum Maxentii & Saloninum Valerianus (δ) Patinus Diis adscriptos e nummis dudum annutarunt. Quid? quod Antinous, quem flagitioso completebatur amore Hadrianus, Deus tot (ε) nummorum dicitur suffragiis. Sed de illis hic velut ~~eo~~ παρόδω.

- (α) In L. de Iſu & Preft. Num. p. 651. (β) V. Joach. Oudaan Roomſche Monuments beyt pag. 42. (γ) In Comm. ad C. Suet. e nummis illuſtr. pag. 563.  
(δ) Imp. Rom. Num. pag 418. & 457. (ε) Hos preter Patinum in Theſ. Mauroc. p. 59. & Vaillant in Num. Max. Mod. e muf. de Camps p. 19. ſuſe explicat Spanheimius L. c. p. 654. ſeqq.

### §. 5.

Majorem tamen admirationem meretur illud, quod & indignis, & quos hostes censebant Reipubl. tantus post fata honos fuerit collatus, modo (α) OPTIMI PRINCIPIS nomen ferrent. Id enim perniciosissimi etiam tyranni vel arroganter adſciverant, vel vi Senatui extorferant. Quem metu potius, quam amore ductum Septimio Severo, viro crudeli atque barbaro, illud detuliffe, facile crediderim. Siquidem & is tum (θ) Optumi Principis, tum (γ) Divi titulum nummis testantibus consecutus est. Ipſe (δ) Julius, quem malis artibus libertati publicæ insidatum fuſſe putabant, communi omnium conſenſu Divis accenſebatur. Ad eundem honorem (ε) Claudio, monſtrum illud hominis, quem nec ipſa ſatis elaboraverat natura, non ſecus, ac pestis illa Reipubl. (ζ) Caracalla pervenit. Huic enim, etſi uxorem e medio ſuſtulerat, & contra patrem insurgere haud erubuerat, & fratrem Getam mis-

missis sicariis interfeccerat, licet in cives crudelis Bachique  
effet ut Veneris amans, nihil tamen obfuit, quo minus  
iisdem honoribus, quos etiam (η) vivo oblatis indolis  
sue conscius recusaverat, dignissimus Macrino post mor-  
tem fuerit ~~vifus~~. Sæpe enim successores, ubi ipsorum  
auctoritate Imperator erat peremptus, ut (θ) cædis a se  
suspicionem amoverent, maxima cura, ut consecraretur  
antecessor, allaborarunt. Belle quippe hoc pacto cædem  
ut ipse (ι) Macrinus, sic dirus quoque dissimulabat (κ) Ca-  
racalla, de Geta, sit divus, inquiens, modo non sit vi-  
vus. Sed pæne Commodum omiseram, dignum conse-  
cratione, si Diis placet, Imperatorem. Siquidem & il-  
lum inter Divos retulit Severus, quasi hoc genere de  
Senatu se posset ulcisci, qui uno illum ore hostem appel-  
laverat post mortem. Quare nummos quidem in memo-  
riam hujus consecrationis conflatos, nullos vero literis  
S. C. notatos inveniri testis est (λ) Vaillantius. Neque  
quicquam illius Faustinae denegatum est uxori M. Aurelii,  
qua & nulla virtute claruit, & impudicitiae fama vehe-  
menter laboravit. Pari modo Drusillam sororem incestu  
a se pollutam Deabus adscripsit Imperator Caligula.

(α) Ut observat du Choul de la Relig. des Anc. Rom. p. 69. (β) Id. Ibid. (γ) Oc-  
co Numm. Imper. p. 279. ff. (δ) Vid. Patinum in Histor. Num. C. 22.  
p. 161. (ε) du Choul L.c. p. 70. (ζ) D. Spon Recb. Curios. d' Antiqu.  
p. 393. (η) Dei enim & Herculis nomina repudiavit, v. Spanb. de Uſa  
Num. p. 98. (θ) In Marino novas Segundinas Sel. Numm. (ι) D. Spon.  
L. c. p. 392. (κ) Ex Spartiano Claverio Hisp. Lindb. p. 514. (λ) Numm.  
Imp. Rom. T. II. Edit. nob. pag. 190. (μ) Biens Num. Imp. t. 49.  
(ν) Spanb. Les Cesars de l'Empereur Julien p. 55.

### §. 6.

Advertendum est insuper, ne quis omnem apotheo-  
sin post mortem demum fuisse celebratam opinetur. Ete-  
nim si rogum vivo exstructum vivique imaginem ~~usq[ue]~~  
~~πολλας Φαρτωσιας~~ crematam fuisse negaveris, me consen-  
tien-

tientem habes, si Dei etiam nomen ac honores divinos, in quibus consecrationis maxima vis est, a vivis fuisse alienos putas, omnino repugno. Fallitur enim ( $\alpha$ ) Tacitus, quando: Deum honor, ait, Principi non ante habetur, quam agere inter homines desierit. Imo vero & antedicta divinos honores accepisse Augustos Augustasque nummi pariter testantur & historici, ut illi magis ad assentationem atque arrogantiam spectent. ( $\beta$ ) Neroni certe vivo primum cognomen SONTI<sup>THP</sup> datum est, Diis alias & consecratis Imperatoribus sacrum: ( $\gamma$ ) novoque ille exemplo radiatam coronam divinitatis notam vivus gestavit. Primus fuit ( $\delta$ ) Caligula, qui honores Jovi Olympico debitos vivus adhuc affectabat, cunctisque Graecorum statuis Romanam transvectis capita praescindi suumque in ipsorum locum substitui jubebat. Primus, dum viveret, Domitianus Deus ac Dominus vocari voluit. ( $\epsilon$ ) M. Aurelium Diis vita & morte fuisse conjunctum, e Capitolino diserte probat ( $\zeta$ ) Spanhemius. Nec mirum in ( $\eta$ ) Augusti nummis aras atque templa conspici, etiam non addito Divi nomine. Siquidem ( $\theta$ ) Horatius ita compellat Augustum:

*Praesenti tibi maturos largimur honores  
Furandasque tuum per nomen ponimus aras.*

( $\iota$ ) Oiselius etiam in Postumi, Philippi Junioris & Maxentii nummis AETERNITATEM ubi deprehendit, omisso Divi titulo, vivis illam dedisse Romanos concludit, aliis imprimis auctorum testimoniiis persuasus. Unde non est, cur Aelianum sophisten rideat ( $\kappa$ ) M. Vetranius, quod in Libello de instruendis aciebus, quem Adriano Imperatori inscripsérat, διον illum appellaverat. Quandoquidem ipse mox ( $\lambda$ ) Tertulliani inspergit testimonium sic differentis: Digne Imperatoribus defunctis honorem divinitatis dicatis, quibus & viventibus eum addicatis.

( $\mu$ ) In

- (a) In fine L. XV. Annal. (b) Spanbem les Gesaress &c. p. 276. (γ) Vid. A.B.  
Erud. Lips. a. 1694. Maj. p. 228. (δ) Ex Iosepho probat Id. L. c. p. 54.  
(ε) Patinus Nam Imp. p. 167. (ζ) L. c. pag. 281. (η) Nonnus in  
Golzii Aug. pag. 91. (θ) L. II. Ep. 1. (ι) In Comm. ad Numm. Sch.  
p. 511. ff. (κ) In Not. ad Tac. L. c. Ed. Amst. a. 1673. (λ) Apol. 13.

### §. 7.

Cum vero hæc consecratio vel Romæ, vel in civitatibus aliis, sive solenni ritu, sive positis saltem publicis monumentis, statuis, aris, templis ipsisque nummis fuerit peracta, necesse est, ut videamus, penes quos Romæ fuerit consecrandi Principes potestas. Si nummos consulamus ob apotheosis cūsos, in plurimis apparent literæ S. C. id est, Senatus Consulto, quæ Senatui hanc potestatem haud obscure videntur adsignare. Nisi forte in exsequendis Senatus decretis maximam partem successores, vel cum Augustæ essent consecrandæ, illarum mariti sibi vindicaverint. Præterquam enim quod rogum incendere (α) Herodiano dicitur Imperii successor, haud leve insuper indicium ejus rei produnt (β) utriusque facies in nummis simul conspicuæ, vel ubi in altera parte ex. gr. (γ) TIBERIUS, in altera voces DIVO AUGUSTO cum consecrationum symbolis adscriptæ sunt. Siquidem Augusto, ut confirmat (δ) Dio Cassius, illum honorem verbo quidem Senatus, re ipsa Tiberius ac Livia statuerunt. Quem sicut a Senatu contendebant Imperatores, velut (ε) Antoninus Pius cum Faustinæ sacra fieri vellet; ita Imperatorum fuit, nummos ejus rei testes divulgare, postquam scilicet monetae cudendæ jus primus sibi arrogaverat (ζ) Hadrianus, quod interjectis plus centum triginta annis Senatui reddidit Trajanus Decius.

- (α) Hist. L. IV. C. 2. (β) Sic observat Nonnus in Numm. Jul. Ces. a Golzio col-  
lectis p. 35. (γ) Id. in Num. Augusti pag. 95. (δ) Hist. Rom. L. LVI.  
(ε) Vaillant in Numm. Max. Mod. & Mys. de Camps. p. 35. (ζ) Id.  
L. c. p. 16. & 105.

### §. 8.

### §. 8.

Inter hos tamen alios alia permovit ratio, ut in Deorum numerum adscitos vellent Augustos Augustasque. Imperatores, ut & ipsi, dum vivunt, Deorum habeantur filii, & post mortem tanto honore digni judicentur, Senatui, antecessores modo defunctos consecrandi, auctores existentur. Neque enim sibi mediocrem accedere auctoritatem credebant, si Diis se genitos esse populo persuaserint. Unde est etiam, quod ( $\alpha$ ) Julius Veneris, ( $\beta$ ) Augustus Apollinis, ( $\gamma$ ) Donitianus Minervae jactabat prosapia, ut alios taceam, qui Deos se habere parentes, non sine summa arrogantia conclamabant. Quorum & habitu eosdem in nummis aliisque monumentis simulabat callida Senatus Rom. assentatio. Idem enim Senatus bonos, ut in successoribus imitationis incitamentum accenderet, malos, ne horum petitioni, vel, si mavis, mandato deesset, magno molimine in Deorum cœtu collocabat. De civitatibus aliis quid dicam, quæ eadem consecrationis indicia in nummis reliquerunt? Sed in promptu causa est. Legitur enim in iisdem e.g. ΕΦΕΣΙΩΝ ΔΙΣ vel Γ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Propter ( $\delta$ ) Neocorias itaque ab Imperatoribus acceptas (quæ dignitas pro ludis & sacris faciendis erat instituta,) vel ob alia beneficia ut gratos se exhiberent, varia in honorem & apotheosis maxime Imperatorum cudi curarunt numismata.

( $\alpha$ ) *Aen. Vicis in Comm. Num. Imp. Rom. T. I. p. 103.* ( $\beta$ ) *Lab. Torrentius in Suet. Augustum.* ( $\gamma$ ) *Vaillant Num. Max. Mod. e Mus. de Camps p. 12.* ( $\delta$ ) *Id. L.c. p. 61.*

### §. 9.

Hactenus in evolvendis Apotheoseos descriptiones, origine, synonymis, subjectis atque causis, quod Philosophi est, rite, ut opinor, peregrimus; nunc ipsius etiam symbola e nummis, qua par est, brevitate eruamus. Inde enim tunc

tum ipsius ritus, conditio; tum varii veterum in servandis hisce sacris finez liquido & vere ad oculum patescent. Etsi vero ex istis symbolis quædam aliis etiam rebus accommodentur a veteribus, curabo tamen, ut vera consecrationis signa nobis constent, omissis quidem illis nummis, qui licet post mortem signati, ad virtutes, religionem, justitiam, sapientiam &c. & bona alia, securitatem, abundantiam, fœcunditatem spectant. Cumque, ubi de consecratione agimus, etiam, quæ illam consequi audivimus, non sint prætermittenda, sua sponte nobis subnascitur quædam dicendorum in duas classes divisio, quarum prima ipsius consecrationis, altera honorum inde exsurgentium symbola, consecratorumque titulos curiosis animis exponet.

§. 10.

Aptissimum igitur consecrationis symbolum est ipse rogus, ( $\alpha$ ) sic dictus, quod in illo Dii manes rogentur. Supersunt enim hodienum in nummis exactissima rogi exempla, in quibus & structuræ genus & ornamenta alia perspici accurate possunt, quæ perfunctorie tantum ( $\beta$ ) Herodianus atque ( $\gamma$ ) Dio Cassius delinearunt. Tabulata singula, quorum ( $\delta$ ) quatuor aliis, aliis ( $\epsilon$ ) quinque imponuntur, sunt quodam a se discrimine distincta, ita quidem, ut secundum primo, tertium secundo & sic deinceps usque ad summum sit contractius. Supremum enim omnium est minimum, ipsum lectum, in quo recondita erat cerea defuncti imago, suo ambitu complectens; cuius in fine ( $\zeta$ ) faces nonnunquam ardentes porriguntur, quorum tamē loco aliquando etiam ( $\eta$ ) genios e ligno efformatos substitui videoas. Quid autem per currum cum ( $\theta$ ) bigis aut ( $\iota$ ) quadrigis in suprema rogi parte conspicuum indicetur, haud facile divinaverim. Evidem ( $\kappa$ ) Oiselius hoc modo currum inauratum representari augumat, quo Imperator aut Augusta vehebatur;

tur; ipsiusque in omnibus nummis, ubi rogus exprimitur, conspici, tot reclamantibus nummorum picturis, audacter pronuntiat. Præsto sunt enim nummi (A) Faustinae Jun. & (B) M. Aurelii, qui quatuor pueros in summa rogi parte ludentes exhibent, quibus illos indicari judico, quorum mentionem fecit (C) Herodianus. Prostat & (D) Tetrici quidam nummus, in quo rogus & exsurgens supra rogum flamma, forte ut illum (erant enim omnes e ligno confecti,) in ipso consecrationis ritu flamma absumi significetur. Quamobrem currum & quadrigas pro indicanda animæ in cœlum transportatione in nummis depingi potius cum (E) Occone crediderim. Tametsi qui in (F) Antonini Pii nummo occurrit currus palmis onustus, coronas tenente, qui insidet, aurigâ, vel triumphalem, vel certe circensem, de quo dicemus infra, referre mihi videatur.

(A) *Vaillant Num. Imp. Rom. T. II Ed. Nob. p. 176.* (B) *L. IV. c. 2. (γ)*  
*L. LVI.* (δ) *In Caracalla. Spon Rech. Cur. de l' Antiqu. p. 393.* (ε)  
*In Faustina Maj. Oiselius p. 5c4. δ. FIG. II.* (ζ) *In M. Aurelio Biene*  
*Num. Imp. t. 47. δ. in Faustina Jun. Oiselius Num. Imp. p. 503.* (η)  
*In Antonino Pio du Choul de la Religion p. 72. δ. FIG. III.* (θ) *In Fau-*  
*stina Sen Oiselius l. c p. 504. δ. FIG. II.* (ι) *In Valeriano Cesare Biene*  
*L. c. tab. 60.* (κ) *Comm. in Sel. Num. 504.* (λ) *Occop. 210.* (μ) *du*  
*Choul L. c. p. 72. δ. FIG. IV.* (ν) *L. IV. C. 2.* (ξ) *Tristian. Comm.*  
*Hist. Tom. III. p. 231.* (ο) *Num. Imp. p. 208.* (π) *Sicut depingitur*  
*a sape laudato du Choul L. c. p. 72, δid. FIG. III.*

## §. II.

Proxime huic haud immerito succedit aquila, quam bene ac sapienter Imperatores sibi pariter & imperio fecere propriam, ut divisi Cæsaris cum Jove imperii grande documentum esset. Eandem quippe avem ceu volatilium reginam Jovi Deorum patri consecraverat superstitionis antiquitas. Ex quo mirum nemini videatur, cur consecrationis notam vellint nummi aquilam, quam in

in ipso consecrationis ritu, simul ac ignem rego supposuerant, ab (α) extremo rogi tabernaculo dimittebant, velut animam defuncti in cœlum devectoram. Hinc tot ejus tamque variae in nummis memoriae consecratorum, dicatis effigies. Nunc (β) expansis alis pedibusque distortis; nunc (γ) conversis ad cœlum oculis, nunc (δ) retro respiciens cernitur. Toti orbi, quasi prædæ, incubat in nummis quam plurimis: in aliis (ζ) aræ, saepè & (η) templo, saepissime (θ) cippo, (ι) fulmini aut scipioni insit. Nonnunquam & (κ) coronas vel laureas in ore tenantem simulant nummi. Sicut nec desunt, in quibus vel duæ (λ) aquilæ ara interposita sunt conspicuæ, vel (μ) aquilæ ipsi junctus est Jupiter, aut (ν) superimposita consecrati facies, vel denique, quod communissimum, (ξ) dorso aquilino inhæret Imperator aut ejus potius anima, quam suis se oculis in cœlum ascendentem conspexisse (ο) jurabant in eam rem conducti. Qua occasione non possumus non monere lectorem, ne omnes nummos hac imagine pictos consecrationem indicare arbitretur. Exstat enim nummus Licinii Patris, in quo ipse in aquila residens, fulmenque, instar Jovis, dextra tenens conspicitur, quem secus edocti (π) a Patino ad militare quoddam facinus spectare nulli dubitamus. Quod si enim in istis nulla reperiantur vocabula, quæ ad consecrationem faciunt, procul etiam ab illa abesse concludimus.

- (α) Dio L. LVI. (β) In Trebelliano Trifst. T. III. p. 49. & Numeriano Bergerus Thes. Palat. p. 358. (γ) In L. Vero Occo p. 238. (δ) Id. in Valeriano pag. 382. (ε) Imprimis Augusti; & Patinus Num. Imp. p. 53. (ζ) In M. Aurelio Occo p. 228. (η) In Romulo Maxentii F. Patinus L. c. p. 457. (θ) In M. Antonino Biaus Num. Imp. Rom. t. 47. (ι) Id. in Augusto t. 16. (κ) In Aurelio Occo p. 227. (λ) In Constantio Oiscilius in Comm. ad Num. Sel. p. 516. (μ) In Nerone Patinus Num. Mauroceni p. 17. (ν) In Marino Occo p. 331. (ξ) In M. Antonino B. eam t. 47. & id FIG. V. (ο) Aen. Vicus Imag. Augusti p. 44. (π) Num. Imp. Rom. p. 459.

Neque vero solis aquilam Imperatoribus tribuebant veteres, sicut aliqui non absque ratione crediderunt, verum & Augustabus, quarum alias consecrationi pavo, Junonis ales, ut Imperatorum Aquila Jovis, maxime familiaris est. Et quamvis ( $\alpha$ ) Vaillantius, vir in re nummaria nulli secundus, aquilam tantum pro æternitatis symbolo, siquidem illa renovari dicatur, in Augustarum consecrationes transumi judicet, illud tamen, quod & illarum animæ non aliter ac Augustorum aquilis haud raro inventæ in ( $\beta$ ) nummis conspiciantur, movit me, ut nonnullarum consecrationibus ipsas etiam pavonum loco aquilas exhibitas fuisse suspicaret. Sed nolim a tanti viri sententia discedere, quin potius pavonem Augustabus ad unam omnibus a consecrantibus fuisse datum certo certius confido. Id interim extra dubitationis aleam est positum, aquilam in Augustarum consecrationibus sepiissime, in Imperatorum vero nunquam pavonem occurtere. Sed hunc ut paulo accuratius in Augustatum nummis consideremus, superest. Quandoquidem vel ( $\gamma$ ) gradiens appetet, vel ( $\delta$ ) cauda expansa, vel ( $\epsilon$ ) animas Augustarum eo devehens, unde credebant ortæ. Modo & ( $\zeta$ ) solum, modo ( $\eta$ ) additis septem planetis, aut ( $\theta$ ) lectisternio & hasta in iisdem veterum monumentis contueri licet. Cumque jam ad Imperaticum in specie consecrationes sit per ventum, prætermittendum est minime, quod in utriusque Faustinae nummis observant ( $\iota$ ) eruditii. Victoriz enim, quæ facem manu tenet, alis insidet Faustina non aliter, atque Augustum in cœlum evehit Dea Roma in ( $\kappa$ ) Achate Tiberiano, additâ insuper epigraphe: **ÆTERNITAS**, certissimo quippe consecrationis Faustinianæ indicio.

( $\alpha$ ) *Num. Imp. Rom. P. II. ed. no<sup>8</sup>. p. 161.* ( $\beta$ ) *Uit in Faustina Sen. Oficinae.*

*Num. Imp. p. 507. 6. FIG. VI.* ( $\gamma$ ) *In eadem Occo p. 209.* ( $\delta$ ) *In-*

*Mari-*

*Marietiana Patina Num. Imp. p. 208.* (a) In eundem velloni altera area Paulinam, in altera Faustinam sc̄ pingi refert Suaresius Diff. de Numism. pag. 25. Et Faustinam Jun. depingit Oiselinus L. c. 6. FIG. VII.  
(c) Sicut in plerisque viderimus. (a) In Faustina Vaillant L.c. T.I.P. 85. (b) In eadem exhibent Num. Arscot. tab. 44. n. 13. Et Faustina Minoris Oiselinus Comm. ad Num. Sel. p. 507. 9. FIG. VIII. (c) Id. L. c. p. 509. Et Spanheimus de Us. Num. Diff. IX. p. 859. 9. FIG. IX. (x) Quem edidit le Roj. 9. dicit Erud. Lips. A. 1084. Mens. Jan. p. 255. ff.

### §. 13.

Succedit his suo merito phoenix, qui velut cætera, que seqvuntur, symbola Augustorum Augustumque consecrationes notat promiscue, tametsi non nisi æteritatis lemma ferat, rarissimeque fato functis tribuatur. Refert tamen quosdam Trajani & Faustinae nummos illa pictura conspicuos eruditissima Gabr. Carola Patina in peculiari de phoenix (a) tractatu, unde plura licebit ejus rei testimonia haurire. Eadem propemodum elephantis est ratio, cui propter vitæ, ut credunt, longævitatem non nisi æteritatis nomen concedunt nummi ad apoteosis spectantes. In his enim vel (b) solos, vel imposito rectore, vel (d) thensam videoas trahentes, de quibus tamen infra agetur prolixius. Referri huc etiam non inepte potest leo, addita, ÆTERNÆ MEMORIÆ, inscriptione, licet ille potius ad fortitudinem, quam consecrationem indicandam in divum Imperatorum nummis exhibeat. Siquidem (e) clava etiam notiumquam est addita, cum alias (f) solus incedat, aut (g) fulmen ore teneat. Rectius igitur consecrationis typum dicimus draconem, quem elephanti junctum in C. Julii hummo depingit (h) Suaresius, quemque a Græcis in honorem consecrati Cæsaris expressum fuisse credimus, quod heroibus illi, (id est, Divis, ut postea intelligemus,) (i) consecraverant dracones, ac (k) divinitatis aptissimum reputantes symbolum etiam οὐρανὸς δαιμόνος appellaverant. Un-

de est forte, quod in (λ) nummo, qui Faustinae consecrationem refert, duo dracones victoriae trahunt currum.

(α) Ed. Rom. p. 168. (β) Patinus Num. Imp. p. 444. in Maximiano. (γ) In Philippe Sen. Vaillant Num. Imp. P. II. p. 149. (δ) In Faustina Sen. Id. L.c. p. 80. (ε) In Constantio Occo p. 44. (ζ) Id. in Claudio pag. 403. (η) Id. in Ant. Caracalla p. 295. (θ) In Diff. de Numism. p. 28. (ι) Id. Ibid. ex Plutarchi Cleomene. (κ) Conf. omnino Spanheimius de Usu Numism. p. 188. seqq. (λ) Vaillant in Numm. Max. Mod. de Camps. p. 36.

### §. 14.

Est etiam non inelegans consecrationis symbolum stellæ, vel, qui Julio Cæsari peculiaris fuit, cometa, quem & stellam crinitam vocant. Hujus enim in nummis ubi stellam tantum inveneris, ad consecrationem cave referas. Hanc enim vivo ad originem, quam jactabat, significandam Romani tribuebant. Siquidem (α) Aeneæ atque Veneris, cuius hæc erat stella, sese ortum pro sapia contendebat. Illa vero, quam crinitam diximus, tribus velut radiis decorsum protenditur. Quod non in Julii solidum, sed in quibusdam etiam (β) Augusti nummis, ceu ex eadem familia prodeuntis, observare licet, ita quidem, ut subjuncta huic stellæ lunæ falx aliaque ipsam Augusti consecrationem subindicare videantur. Eadem in (γ) nonnullis Julii nummis alteram faciem totam occupat, adeo, ut e sex seu octo, quibus distingvitur, radiis ille, qui sursum vergit, in flammæ speciem adsurgat. Sicut & in (δ) aliorum nummis septem stellæ cum media lunæ falce omnem replent superficiem. Neque enim rara est in his septem stellarum pictura, quas in aliis totidem planetas, in aliis, ut Caligula, totam familiam fato fundam, in aliis denique Arctoon sidus designare, nos docuit supra laudatus (ε) Vaillant. Sed nihil hic moramur, quin ad solis potius ac lunæ in nummis imagines animi aciem convertimus. Ut autem taceam ipsam AETERNI-  
TA-

TATEM AUG. altera manu solem, lunam altera praferre in Hadriani ( $\zeta$ ) nummo, celebratur vel maxime Trajani eximiæ molis ( $\eta$ ) numisma, in quo egregie depicta videoas duodecim signa & collustrantes illa in medio Zodiaci solis ac lunæ typos, sub Trajani & Plotinæ, quæ totum fere orbem regebant, personis pictos. Quod equidem cum DIVI ferat epigraphen, ad consecrationem referre haudquam ambigimus. Neque ingeniose minus in ( $\theta$ ) plurimis consecratorum nummis colla illorum, qui consecrantur, lunæ cinguntur semicirculo, ita, ut illius pars altera ad sinciput, altera convertatur ad occiput. Cæterum, qui ad Faustinæ Sen. consecrationem spectant, nummi, modo ( $\iota$ ) unicam stellam, modo ( $\kappa$ ) lunam cum septem stellis, aliquando & ( $\lambda$ ) ipsam globostellato inhærentem & Victoriolam ab Imperatore togato stante accipientem sistunt. Et quid mirum, ( $\mu$ ) Adrianum Divum Parentum Trajani & Plotinæ capitibus stellam imposuisse, si ( $\nu$ ) Cajus etiam Augusti caput radiis coruscans inter duo sidera collocavit? Evidem quod ad coronam radiatam attinet, omittendum non est, eandem saepe consecratis (siquidem ita Deos ornatos oportebat,) concessam fuisse in nummis. Quanquam Soli alias, & qui genus ab illo ducunt, frequentius accommodatur, velut in Golzii nummis observavit dudum ( $\xi$ ) Nonnus, quo loco prioribus tantum Imperatoribus pro consecrationis symbolo, reliquis promiscue ad ornatum illas coronas fuisse datas, totque radiis, quot sunt Zodiaci signa, interfinctas confirmat.

( $\alpha$ ) *vid. Nonnus ad Golzii Jul. Cas tab. V. p. 36.* ( $\beta$ ) *Patinus in Num. Imp. p. 44.* ( $\gamma$ ) *Nonnus Golz. Jul. pag. 50. & Aug. tab. 22. FIG. X.* ( $\delta$ ) *Ue in nummo Faustina Jun. cui additæ sunt litteræ S. C. vel CONSECRATIO ap. Biam Num. Imp. t. 40.* ( $\iota$ ) *Num. Imp Rom T. II. Edit. nov. p. 56.* ( $\xi$ ) *Suaref. Diff. de Num p. 24.* ( $\eta$ ) *Patinus Num. Max. rogn. pag. 49.* ( $\theta$ ) *Quod obserbat. Suarefius L. c. p. 27.* ( $\iota$ ) *Occo p. 309.*

p. 299. (α) Id. p. 308. (λ) Id. p. 310. (μ) Jac. Strada in Epitome  
Theſ. Ant. p. 73. (ν) Begerus Theſ. Palat. p. 295. (ξ) In Julio  
Cæſ. p. 36. & Auguſto p. 48.

§. 15.

De reliquis nunc ipsius consecrationis indiciis ut  
breviter agamus, instituti nostri ratio suadet. Velum cer-  
te ut in Diis divinitatis, sic (α) consecrationis in homini-  
bus certissimum habetur indicium. Unde non est, ut ali-  
unde illud consecratorum ornamentum, quam ab ipsis Di-  
is petendum esse existimemus, quicquid interima Baronius  
de nore Romanorum, velato capite adorandi numen, vel  
de velo, quoq; æternitati vel nocti etiam tribuunt hierogly-  
phicorum periti, obſervet. Nec exempla multo negotio  
compilare opus est. Ipſe enim Julius Cæſar, ut alios nunc  
omittam, quoties appetet velo tectus, quod ad pontifica-  
tum ejus minime referendum esse censet (γ) Harduinus?  
Pari modo comparatum est cym fulmine, quod alias (δ)  
providentia Deorum & ipſi maxime Jovi sacrum eſt: aſt  
ſuccellu temporum cum aquila illius in Imperatorum inde-  
potestatem transiſſe videtur. Horum enim consecratio-  
nes vel ipsum (ε) Jovis fulmen, vel (ζ) fulmen alatum, ſive  
liberum denique, ſive (η) cippis, (θ) more Deorum, impo-  
ſitum referre videas. Nec alia ratio eſt, quod (ι) haſtam,  
puram Cæſaribus pariter consecratis ac Deorum ſimula-  
cris ſacram volunt nummi, quam ipſo etiam (κ) Justino  
teſte, prima ætas pro Diis coluit. Sic ſtolas quoque Augu-  
ſtarum inter Deas relatarum eſſe ſymbolum, ſumma fide  
adſtruit (λ) Aen. Vicus. Laurea denique, quam primo lo-  
co nominare debebam, quaque Diis (μ) ob divinam virtu-  
tem conſecrat, apprime etiam Conſecrationem natat.  
Atque illa quidem (ν) totum ſæpe nummum ſimulque in-  
ſcriptionem DIVI cingit, ſæpe & (ξ) circa caput conſecra-  
ti ſic inſlectitur, ut ſuperius in laureolam deſinat, qvæ & ſæ-

pe

pe (o) sola in apice capitis describitur. Aliis ( $\pi$ ) frons coronatur Laurea, non aliter, atque in Julio appareret, cuius tamen sertum non ad consecrationem, sed ad ( $\epsilon$ ) morem, quo calvitiem isto ornamento tegere consueverat, pertinere accepimus. Neque tamen dubitamus, quin ad consecrationem spectet ille Augusti nummus, in quo ipsi Laurea ab alio imponitur, cuius quidem picturæ sensum prorsus se ignorare fatetur perspicacissimus cætera ( $\sigma$ ) Patinus. Bene enim intellexisset, modo Postumi nummum a ( $\tau$ ) Biæ vulgatum recto oculo considerasset; siquidem is eandem tenet imaginem, addita quidem inscriptione AETERNI-TAS AUG.

(a) Harduin. Num. Ant. p. 441. (b) Annal. Eccl. T. III. p. 492. (c) Lib. cit. p. 441. (d) Sæares. Diff. de Num. p. 24. (e) Occo in Augusto p. 44. conf. FIG. V. (f) Id. Ibid. (g) Id. p. 45. (h) Si quidem Deorum aque ac consecratorum effigies cippis imponebantur. (i) Patin. Num. Imper. p. 95. (j) Sæares. l. c. p. 27. (k) Lib. 50. (l) Imag. Augustar. p. 50. (m) Meursius Arbor. Sacr. L. I. C. 4. (n) Golzius in Augusto t. 22. (o) In Faustina Sen. Patinus Num. Imp. pag. 232. & FIG. I. (p) In Eadem Biæ Num. Imp. t. 44. (q) In Vespasiano Occo p. 117. (r) Sætonius C. XLV. (s) Num. Imp. p. 54. (t) Num. Imp. t. LXI. vid. FIG. XI.

### §. 16.

Expositis itaque ipsius Consecrationis symbolis, honores etiam, qui illam consequi siveverant, divinos, quæ par est, brevitate describemus. Quod equidem dum paramus, pro Diis primo ut habitos fuisse demonstremus necesse est. Et quamvis vivos etiam nonnunquam Deorum imagine pictos fuisse non dissimulandum sit, (sic enim sub solis & lunæ imagine, dum viverent, simulabantur (a) Nero & Octavia, (b) Aurelianus & Severina, neq; minus (y) Alexander Severus & Mamæa mater,) operam tamen adhibebimus, ut ea hic exempla proferamus, quæ consecratorum divinum habitum ante oculos ponent.

Maxime vero sub (δ) illius DEI habitu post mortem pinguabantur, cui in vita erant peculiariter addicti. Sic enim Serapidis atque Isidis cultum post mortem ab Aegyptiis impetrarunt (ε) Julianus & Helena. Ipse (ζ) Julius & Dei fert inscriptionem & Jovis ornatum superadditā aquilā, sicut (η) Augustus multis in nummis personam Apollinis rupi insidentis. Nec desunt (θ) Tiberii nummi, in quibus & ipse fulmen manu tenet, tanquam cœlum cum Jove regens. Sed frequentius sub Dearum imagine in nummis colebantur Augustæ consecratæ, quas ipsi Imperatores ex aliarum Dearum cognomine appellare coeperrunt. Sic enim notavit nuperime in novissimo tract. Vaillantius (ι) eo loco, quo Divam Faustinam Sen. Cœteris imagine pictam, addita in altera parte cum incensa lampade Daducha, illius sacerdote, eleganti satis nummo repræsentat. Eandem sub VENERIS AUGUSTÆ specie (κ) Begerus, sub Cybeles in templo sedentis figura sicut (λ) Spanhemius, addita epigraphe: MATRI DEUM SALUTARI. Cæterum Liviam seu Julianam, quam Claudius inter Divas referri curaverat, (μ) Jac. de Wilde Junonis habitu consecratam, (ν) En. Vicus pro Dea Salute cuktam fuisse testatur. Ut adeo liceat nobis judice experientia concludere, eandem personam etiam diversa sub specie fuisse cultam. Nihil addam de nummis aliis, in quibus Augusti Augustæ, sive stantes, sive sedentes Dearum Dearumque habitu post consecrationem induiti apparent. Hic enim pateram, hastam, spicas, facem tenuentes, modo laureato, modo velato capite videas.

- (α) Patinus Num. Imp. pag. 114. (β) Id. L. c. pag. 433. (γ) Vaillant. Sel. Num. in ære Max. Mod. pag. 83. (δ) Svarf. Diff. de Num. pag. 23.  
(ε) Patinus L. c. pag. 481. (ζ) Spanbem les Cœsars, Sc. pag. 34.  
(η) Nonnus ad Golicz Ang. p. 91. (θ) Vaillans L. c. p. 6. (ι) L. c. pag. 29. (κ) Theb. Palat. p. 311. (λ) Lib. git. p. 215. (μ) Sch. Edm. Ant. p. 116. (ν) Imag. Augus. p. 53.

Ut itaque Deorum nominibus, sic & reliquo cultu divino affici consecratos Romanorum voluit supersticio. Si nummos consulamus, Tempa se se nobis offerunt, quibus vel (α) ΑΕΤΕΡΝΙΤΑΣ AUG. vel (β) ΑΕΤΕΡΝΙΤΑΣ AUGUSTÆ CUSTOS, vel (γ) ΑΕΔΙΣ DEDICATIO, vel ipsum denique inscriptum est vocabulum (δ) ΣΕΒΑΣΤΟΝ. In his modo structuræ eminet artificium, modo (ε) ipse cernitur consecratus in medio consistens, aut (ζ) ignis supra tectum templi exsurgens. Neque vero hic sicco pede prætereundum est, non nova tantum in honorem consecratorum tempa fuisse exstructa, sed ipsa etiam Augustorum palatia insigni quadam metamorphosi in tempa haud raro transiisse. Ipsa certe (η) Nolæ domus, in qua decesserat Augustus, ipsius consecrationi non fecus, ac (θ) Domitiani, in qua natus erat, ΑΕΤΕΡΝΙΤATI FLAVIORUM est dicata. Sed non satis erat tempa exstruxisse, consecrationis testimonia, id unum ad divinos honores properantibus supererat, ut sacra ipsis quoque thure fierent & sangvine. Hinc tot aræ CONSECRATIONIS lemmate superbientes, (ι) flammâ impositâ, conclusis vel (κ) apertis januis, quandoque & (λ) victoriis ornatae. Hinc in Faustinæ (μ) nummo Dea sacrificans cum titulo CONSECRATIO; in (ν) Augusti nummis nunc agnus & vitulus, nunc (ξ) bos procumbens, quasi victimario ferenti collum præberet. Hinc in (ο) Caji nummis, quos Tiberio consecraverat, tres personæ cum Jove ad sacrificium paratae; prorsus ut mirum non sit, cur bos in Antinoi nummo certissimum apotheoses sit indicium, id quod observavit haud ita pridem. (π) Harduinus. Hinc & virgines (ρ) Julianæ ceu Vestæ æternum foventes ignem; hinc illæ ab Alexandro Sev. institutæ

(σ) puellæ Mamæzanæ ; hinc pueri puellæque , quas alimentarias sibi voluit per testamentum (τ) Sabina : hinc denique famosissimæ puellæ Faustinianæ , quas in honorem Faustinæ ab Antonino Pio fuisse institutas, plurimi loquuntur (υ) nummi. Tantus enim fuit hic cultus , ut ipsæ nonnunquam Augustæ sacerdotium maritis consecratis debitum subirent; id quod de (Φ) Antonia Drusi conjugæ nummi testantur & auctores. Ipsa quippe post mariti mortem secundas nuptias aspernata , SACERDOS DIVI AUGUSTI facta est. Præterea etiam columnis , qualem (χ) DIVO PIO scil. Antonino , ac statuis , quales (ψ) Augusto atque Liviæ in honorem , servis vero & miseris in asylum positas fuisse novimus , consecratos ornarunt Veteres. Quorsum & sellas haud immerito referendas esse ducimus. Siquidem , (ω) Dione teste , sellæ Imperatoribus post mortem ponebantur cum corona. Quem sane morem ad consecrationem spectare , luculenter equidem (αα) Severi quidam nummus confitetur , in quo apparet sella , superimpositâ coronâ & inscriptione CONSECRATIO. Eandem (ββ) Faustinæ nummus refert , ita , ut simul cum insidente Faustina a duobus puellis efferatur in altum , ac si cœlum ipsum peteret. Dicerem hic de clypeis , qualem (γγ) Claudio posuisse Senatum post mortem accepimus , nisi id instituti brevitas vetaret ; dicerem & de (δδ) Lectisterniis , quæ cum sèpissime in consecratorum nummis deprehendantur , idem forte his datum fuisse innuunt , quod Diis aliis , quibus , ut Jovis iram placarent , lecti in illius templo sternebantur , tanquam epulaturis.

- (α) Nonnus in Golzii Aug. p. 97. (β) Id. in Lilia p. 98. (γ) In Faustina. Octo p. 308. (δ) Patinus Num. Imp. in Aug. p. 53. (ε) Id. Ibid. (ξ) In Regiliiano Octo p. 387. (η) Patinus L c. (θ) Octo p. 126. (ι) In Augusto Oisilius Num. Sch. p. 507. (κ) In T. Quarcius Strada Thes.

Theſ. Ant. p. 107. (λ) In Aug. Patinus N. Mauroctni p. 91. (μ) Id.  
 L.c. p. 99. (ν) Id. Num. Imp. p. 53. (ξ) Id. Ibid. (ο) Occo p. 77.  
 (π) Num. Ant. p. 242. (ρ) Patinus N. Imp. p. 287. (σ) Ex Lam-  
 pridio Harduinus L. c. p. 223. (τ) Vaillant Num. Imp. ed. nob. P. II.  
 p. 161. (υ) Harduinus l. c. (φ) Jac. de Wilde Num. Sel. p. 117 (χ)  
 Patinus Num. Mauroc p. 99. (ψ) Vicus Im. Aug p. 53. (ω) Lib.  
 LVIII. (αα) Vaillant l. c. p. 105. (ββ) Spanhem les Cœurs p. 289.  
 9. FIG. XII. (γγ) Strada L. c. p. 154. (δδ) Vaillant Sel. Num. Max.  
 Mod. p. 38. Conf. FIG. VIII.

### §. 18.

Ne quid vero divini cultus deesset consecratis, publi-  
 cis etiam ludis fama ipsorum fuit celebrata. Quem ho-  
 noris gradum etsi non omnes fuerint consecuti, (α) Julius  
 tamen illum primum ab Augusto, sicut Trajanus a succe-  
 sole Adriano ludos natalitios, parentalitios & parthicos  
 & ab eodem (β) Matidia socrus gladiatoriis, (γ) Adria-  
 nus ab Antonino Pio quinquennales, nec dissimiles ab  
 exteris ludos (δ) Valerianus post mortem aliique acce-  
 runt. Neque enim est dubium, quin hoc idem etiam  
 (ε) Augusto, atque (ζ) Tito, Vespasiani F. datum fuerit  
 post consecrationem, quorum in nummis Circum ipsum  
 in quo ejusmodi ludi celerabantur, simulque has voces  
 DIVO AUGUSTO, vel DIVO TITO contemplari li-  
 cet. Quanquam dissimulandum non sit, frequentiorem  
 fuisse morem illum, quo consecratorum imagines ebur-  
 neæ (η) carpento, vel (θ) thensa ac (ι) ferculo vehebantur  
 in ludis Circensibus. Idem enim ante Julium Cæsarem,  
 non nisi Deorum statuis debebatur, postea vero (κ) huic  
 primum concessum, ac post illum nulli (λ) consecrato-  
 rum negatum fuit. Atque inde est, quod in ipsorum  
 nummis consecrationis currus sæpe occurrat (μ) Impe-  
 ratorum nempe equis aut elephantis, Augustarum mulis  
 ut plurimum vectus. Quibus equidem cum sint inscri-  
 ptæ literæ S. P. Q. R. Senatus pariter populique consensu

id honoris genus delatum fuisse suspicamur. Ad hanc forte consuetudinem respxit is, qvi in (v) Faustinæ Min. numero ipsam in curru cum bigis eqvorum in cœlum rapi finxit cum epigraphie: **SIDE RIBUS RECEPTA.** Neqve hic omitti debet, cui Faustina mater inhæret, (ξ) eqvus, quem inter desultores & κελητας merito ponimus. His enim sine fræno & solis quidem, unde & singulares dicti, in pompa Circensi utebantur.

(a) *Suetonius in Jul. Cæs. c. 88.* (b) *Bulengerus de Imp. Rom. p. 222.* Et in nummo *Onupbrius Panvinius de Ludis Circens. p. 87.* (γ) *Ex Spartiano Vaillant Num. Imp. T. II. Ed. nob. p. 140.* (δ) *Bulengerus L. c.* (ε) *Patinus Num. Imp. p. 418.* (ζ) *Onupbrius testimonio Tranquilli p. 89. nummo probat p. 114.* (η) *Id p. 114.* (θ) *Quod prolixè describit Aen. Vicus Im. Aug. p. 48. b. FIG. XIII.* (ι) *Describit illam Onupbrius p. 87. Et in M. Aurelio Oisclius depingit t. 104. Ibid FIG. XIV.* (κ) *Id p. 88.* (λ) *Id. l. c.* (μ) *Quorum catalogum refert Id. p. 87.* (ν) *Vaillant L. c. p. 59 obserbat.* (ξ) *Oisclius Sch. Num. pag. 508. b. FIG. XV.* (ο) *Jos. Monterchius in Max. Mod. Num. C. Carpeneap. p. 5. ff.*

### §. 19.

Ad cultum consecratorum pertinet etiam nomen, quibus ornabantur, majestas. Quemadmodum enim ipsi (α) Dii cœlestes Augusti cognomine s̄piuscule appellabantur, in adulationem Principum, quos Diis temere æquare studebant; ita illi divinis etiam nominibus ac titulis post consecrationem coronabantur. Est autem frequentissimum in nummis DIVI nomen, pro quo non nunquam legitur (β) e. g. JULIUS DIVOS, adeo ut id ipsum Græca etiam civitate donatum fuisse ex rarissimo (γ) Antinoi nummo appareat. Sic enim inscriptum est: **ΑΝΤΙΝΟΟΣ ΔΙΟΣ.** Neque sine ratione s̄ape solum illud DIVI vocabulum in nummis apparet. Siquidem excellenter in titulo (δ) DIVI omnes humanos contineri titulos credebant. Sunt alias non inusitata Græcis vocabula (ε) ΘΕΙΟΣ & ΘΕΙΑ, nec non ΗΡΩΣ & ΗΡΩΙΝΑ, quæ Latinis

nis Divum Divamque notant, adeo, ut si quem heroem nuncupent nummi, eundem Divis accenseri reputandum sit; id quod summa industria annotarunt illi antiquitatis studiosissimi Duumviri, (ζ) Spanhemius atque (η) Patinus. DEI etiam nomen consecratis admodum familiare est. Hinc enim illæ in nummis inscriptiones (θ) ΙΩΤ-ΛΙΟΣ ΘΕΟΣ (ι) ΘΕΟΣ ΚΑΙ ΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ, in Augusto: (κ) ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΘΕΟΣ ΕΔΕΣΣΑΙΩΝ in Tiberio: (λ) ΚΑΙ-ΣΑΡ ΘΕΟΣ ΘΕΟΤ ΤΙΟΣ in Claudio: (μ) DEO ET DO- MINO NATO AURELIANO AUG. it. (ν) ΘΕΑ ΦΑΤ- ΣΤΕΙΝΑ. Cæterum vocabulum CEBACTOC, quod alias Græcis non nisi Augustum denotabat, sæpe etiam in Consecratorum nummis ad cultum religiosæ adorationis significandum adhibetur, quod præ aliis observavit doctissimus Batavus (ξ) Oudaan. Ipsum vero (ο) BEATISSIMI vocabulum ad consecrationem referre caveas. Id enim Diocletiano & Maximiano primum devictis tyrannis, deinde & Constantino Patri post victorias tribuebatur.

(α) Ita obseruat Jo. Petr. Bellorius Sel. Num. Anton. p. ult. (β) Vaillant Num. Imp. T. I. Ed. nob. p. 189. (γ) Cupernus in Num. Sel. Aposteos Homericis annexis p. 243. (δ) In Vespafiano notas Suarezius Diff. de Nummis p. 26. (ε) Cupernus L.c. p. 244. (ζ) De Praef. Num. p. 652. (η) Num. Max- rocenii p. 57. (θ) Spanb. les Cesars. p. 54. (ι) Harduinus Num. Sel. p. 39. (κ) Id. L. c. p. 444. (λ) Vaillant Num. Imp. P. II. Ed. nob. pag. 69. (μ) Harduinus L. c. p. 574. (ν) Patinus N. Imp. pag. 322. 6. FIG. I. (ξ) Roomische Mogenbsydt. 5. p. 44. (ο) Vaillant Num. Max. Mod. de Camps. p. 114.

### §. 20.

Cum supra (§. 15.) quo habitu picti fuerint consecrati, satis, ut opinor, perspicue fit expositum, hoc loco superest, ut quædam etiam illorum exempla producam in medium; quibus ipsa Deorum nomina, quantum ex nummis constat, in peculiarem divinitatis notam data sunt. Jovis certe cognomen sæpiissime Imperatoribus tri- bui-

baitur. (α) Diocletianum JOVEM INVICTUM Romanī, (β) Adriānum Athenienses aliique ΟΛΤΜΠΙΟΝ ΣΩΤΗΡΑ ΤΟΝ ΕΤΕΡΓΕΤΗΝ nominabant. Unde & (γ) PATRIS nomen, quod Romanis religiosum fuit, (Jovem enim sub isto colebant,) Augustus, Pertinax aliique post fata impetrarunt, bene hinc ut intelligatur Poëta canens:

*Hoc tu per terras, quod in æthere Jupiter alto  
Nomen babes, hominum tu Pater, ille Divum.*

Ipsum (δ) Commodum Romanum Herculem vocabant veteres, sicut Genii nomine venerabantur (ε) Antoniūnum Pium, quasi senatus tutelarem Deum. Id enim nomen pro diversis Imperatorum ingeniosis diversum erat. Quare (ζ) Domitianus GENIUS POPULI, (η) Trajanus Decius GENIUS EXERCITUS dicitur, forte quod ille magis populo, hic exercitui faveret magis. Eadem est ratio, quod (θ) ΘΕΟΝ ΣΤΝΓΛΙΤΟΝ Augustum, Liviām vero vocarent (ι) ΘΕΑΝ ΡΩΜΗΝ. Exteræ quidem civitates, quem Deum Deamve maxime colerent, ejus nomine (κ) Imperatores Augustasque post consecrationem vocare consueverunt. Ita enim (λ) Faustina Jun. ΚΟΡΗ ΣΩΤΗΡΑ Cyzicenis dicta est, quod illa Proserpinam præcipiam & tutelarem Deam habebant, cuius & nomen (μ) Furiæ Sabinæ Tranquillinæ imposuerunt Sardiani, ΘΕΑΝ ΚΟΡΗΝ summo cultu venerantes. Maxime tamen (ν) Vesta nomen affectabant Augustæ. Omnes enim unam cupiebant sartam testamque conservare famam pudicitia, ob quam celebratur alias hæc Dea. Cur præterea Livia (ξ) Juno, Poppæa (ο) Venus, Sabina (π) Ceres in nummis audiat, alii dispiciant. Nos interim ne nihil prætermittatur, quod ad consecrationem ali-

aliquo saltem modo pertinere videbatur, operam dedimus.

- (a) *Tristan Comm. Hist. T. III. p. 334.* (b) *Harduin Num. Sel. pag. 17.* (c)  
Spanhem *les Cesars* p. 146. (d) *Bogerus Thef. Palat. P. I. p. 89.* (e) *Patinus  
Num. Imp.* p. 212. (f) *Tristan L. c. p. 219.* (g) *Patinus L. c. p. 390.* (h)  
*Id. p. 58.* (i) *Ibid. in cod. nummo.* (k) *Vaillant Sel. Num. Max. Mod.  
et Mus. Franc. de Camps.* p. 36. (l) *Id. Ibid.* (m) *Id. p. 93.* (n) *Id. L. c.  
p. 41.* (o) *Nomina in Golzii Aug.* p. 90. (o) *Spanb. de Uſu Num.* p. 617.  
(p) *Vaillant L. c. p. 30.*

### §. 21.

Habes itaque, Benevole Lectore, quantum de Consideratione Augustorum Augustarumque ex scientia Nummaria nobis potuit innotescere. Etsi vero non diffiteamur, nos parum quidem ab hoc ipso studio, cuius tantus est ambitus, esse instructos, nedum a thesauro nummis antiquis oppleto, quaem qui ad illud conferre quicquam student asservare oportet; in digerendis tamen aliorum circa Apotheosis annotatis, quæ paulo confusius sæpe prodierant, opera et preium nos facturos duximus. Periculum itaque fecimus elegantissimi studii dulcedine invitati, nec tam nostris confisi viribus, quam aliorum auctoritate. Id unum dissertationi nostræ foveamus supereft, Lectorem ut habeat æquum atque benignum.

D Man-

# *Mantisæ loco.*

I.

**Canonizatio Pontifícia , quæ admodum cum  
consecratione convenit gentilium, eandem  
etiam idololatriam arguit.**

II.

**Imperii nostri forma est Monarchia limitata.**

III.

**Merito capitali poena digni judicantur monetae  
adulteratores.**

IV.

**Non sibi contradicunt Aristoteles & Hobbesius,  
dum ille socialitatem, hic bellum omnium  
contra omnes, Juris Naturæ dicit princi-  
pium.**

V.

**Non necesse est, Principem bonis literis esse erudi-  
tum.**

VI.

**Summum bonum recte Epicurus in voluptate ani-  
mi confistere ait.**

